

colant atque recondunt. Utile est stomacho;
vrinam cit: tardam' concoctionem accelerat;
hepaticis, nephriticis, regio morbo laboran-
tibus, cibum auersantibus, & stomacho ina-
lè, affectis auxiliatur. Valet & contra diu-
turnam hypochondriorum distentionem,
inflationes, teretésque lumbricos & remora-
tos menses. Denique prodest & contra hausta
ixiæ venena, maiore copia potum, identi-
démque vomitione redditum.

De vino Hyssopite. CAP. L.

Hyssopites è Cilicio hyssopo maximè lau-
datur, sitque haud secus arque absinthites.
Scilicet foliorum hyssopi tuforum libra lin-
teo raro inuoluta in amphoram musti con-
iicitur. Intra linteolum verò simul etiam
iminitiuntur lapilli, ut degrauatus pondu-
sculo fasciculus sidat, petatque fundum. Vi-
num post xl. dies defæcatum elutriatur. Con-
tra pectoris, lateris & pulmonis vitia, vete-
rem tessim & anhelationem prodest. Vri-
nam quoque cit: atque torminibus febrium-
que rigoribus circuitu redeuntibus auxilia-
tur, ac menses denique mouet.

De vino Chamædryite.

CAP. L.I.

Chamædryites simili quo hyssopites mo-
do fieri solet. Excalfacit atque discutit, i-
deoque convulsis, regio morbo, vulnæ infla-
tioni-

tionibus, tardæ concoctioni & incipienti hydropi subuenit. Cæterum in ueterascens, præstantius euadit.

De vino Stœchadite. CAP. LII.

Simili quoque modo Stœchadites conficitur: sed in congios sex, minam stœchadis vnam addere oportet. Humores crassos dissoluit, & inflationes lateris ac neuorum dolores atq; perfrictiones discutit. Datur & ut liter comitialibus cū pyrethro & sagapeno.

De aceto è Stœchade. CAP. LIII.

Ad eadem quoque fit acetum è Stœchade, herba ipsa utrāque dictum est aceto macerata: eosdem verò implet effēctus.

De vino è Betonica. CAP. LIV.

Fit vinum Cestrites è betonica, quam cestron psychotrophon appellant. Herba semine maturo prægnans cum suis ramulis mina pondo in vini congios duos adiicitur, septēmque mensium spatio dimittitur, tandemque transfunditur. Ad multa intestina vitia, ut & frutex ipse, pollet. Et ut in vniuersum dicatur, quælibet factitia vina cornu ex quibus singuntur sibi vires asciscunt. Quare iis qui illorum naturas pernouerint, fuerit etiam ex facili vinorum vires coniectura consequi: veruntamen vinorum virus febricitantibus abdicandus. Fit etiamnum è betonica acetum, ad eadem vitia utile.

Man. iii.

De vino Tragoriganite.

CAP. LV.

Tragoriganites fit, quaternis tragorigani drachinis linteolo colligatis, in quaternos musti sextarios coniectis, & post tertium mensem transfusis. Prodest torminibus, conuulsis, ruptis, lateris doloribus, flatuum discursationibus ac difficilibus concoctionibus.

De vino Bunite.

CAP. LVI.

E Bunio fit vinum nomine Bunites, binis drachmis Bunij tufi in musti quaternas heminas missis, & cæteris eodem modo factis. Confert stomachicis & armorum certaminis equitandi ve lassitudine oppressis.

De vino Dictamnite.

CAP. LVII.

Dictamnitis conficiendi ratio hæc est: Dictamni quaternas drachmas in octonis musti heminis similiter macerato. Facit aduersus stomachi fastidia, & purgamenta à partu mentesque ciet.

De vino Prafite.

CAP. LVIII.

Ad vinum è Marrubio conficiendum, foliorum matrubij adulti tuforum chœnices duas in musti metretam demittito, cæteraque consumiliter facito. Conuenit hoc vinum peccoris virtutis, atque omnibus, quibus & ipsum marrubium.

De vino Thymite.

CAP. LIX.

Thymites sic fit: Thymi tufi & cibrati drach-

drachmas centum linteo illigatas musti am-
phoræ jndito. Valet contra difficiles coctio-
nes, cibî fastidia, graues ructus, neruorum &
præcordiorum dolores, frigoris hyemalis
horrees: itemque aduersus animalia virus
ciaculantia, quæ quidem iectu suo locum re-
frigerant & putrefaciunt.

De vino Thymbrite. CAP. LX.

Simili modo è Thymbra vinum sit: quod
eadem quæ Thymites præstat.

De vino Origanite. CAP. LXI.

Sic & Origanites ex origano Heracleoti-
co conficitur, haud secus atque Thymites, &
ad eadem quoque est efficax.

De vinis è Calamintha, Pulegio & Abrotono.

CAP. LXII.

E Calamintha, Pulegio & Abrotono vina
fiunt, eodem quo Thymites modo. Profunt
stomachicis & cibum auersantibus: ac valent
etiamnum ad morbum regium, propterea
quod vrinas cident.

De vino Conyzite. CAP. LXIII.

Similiter & è Conyzâ vinum sit: quod con-
tra venenata præcæreris est efficax.

De vino Aromatite. CAP. LXIV.

Vinum Aromatites ita componitur: Pal-
mæ, aspalathi, calami, nardi Celtici, singulo-
rum vncias singulas postquam contriueris,
passo subigit: indeq; factas grandiores offas

M m iiiij.